



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CXC. De Depraedatione terrae Poloniae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

Hartmannus C. de Heldrungen VIII. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Conradus à Tierberg IX. Mag. Prov. in Prussia

**F**rater Conradus de Tierberg Magister & plures fratres cum  
mille & quingentis equitibus intraverunt terram Sudoviaæ,  
& territorium quod dicitur Kimenovv, depopulati sunt, & præ-  
ter occisos, quorum multi fuerunt, mille captivos homines, cum  
spolio aliarum rerum ferè innumirabili deduxerunt. Sequenti  
die dum exercitus Fratrum redeundo venisset ad Sylvam, quæ  
dicitur Winse, Sudovvitæ cum tribus millibus virorum Electo-  
rum secuti sunt eos, quos Fratres cum suis viriliter invadentes  
occisis multis & lethaliter vulneratis usque ad terræ ipsorum  
introitum fugaverunt. In hac pugnâ de exercitu Fratrum nisi  
sex viri ceciderunt interficti, alii salvi sunt reversi.

## CAP. CXC.

*De*

### *Deprædatione terræ Poloniæ.*

**H**oc tempore Lethovinorum exercitus validus intravit Po-  
loniam & vastatis Briscensi & Dobunensi confiniis per in-  
cendium & rapinam, tantam stragem fecit in populo Christiano  
occidendo & captivando, quod numerum eorum nemo potuit  
veraciter æstimare.

## CAP. CXCI.

### *Ad idem de morte octingentorum Le- thovinorum.*

**N**on longe postea octingenti viri equites de Lethovia de-  
struxerunt in parte terræ Poloniæ, quæ dicitur Rersavv X.  
villas, & occisis multis Christianis cum magno spolio reces-  
sunt.

Mm 2

